

hospitio clientelaque | suscepisset liberisque suis posteris|que eorum. In
quam rem legatos ire | dixerunt universos ordinis viros | censentibus
cunctis. Agentibus | curiam Q. Valerio Marcello et C. Hor|tensio Con-
cilio duoviris.

6111^b Feliciter. | Dd. nn. Crispo et Constan|tino nobb. Caess. it.
coss. | X kal. Mai. | Quod Q. Aradium Val. Proculum | c. v., praesidem
prov. Val. Byzac., | Faustianenses⁶ patronum coop|taverunt cum liberis
posterisque | eius, tesseram hospitem | cum eo fecerunt, uti se in fidem |
atque clientelam vel suam | vel posterorum suorum | reciperet, atque ita
in hac | re splendidissimus ordo | eiusdem civitatis Fausti|anensis legatio-
nem pro|secutus est.

6111^c b. b.⁷ | Petronio Probiano et Anicio Iuliano coss.⁸ | prid. ka-
lendas Apriles | coloni coloniae Aeliae Hadrianae Aug. | Zamae Regiae⁹ |
Q. Aradium Valerium Proculum ipsum | liberos posterosque eius sibi li-
beris poste|risque suis patronum cooptaverunt. | Q. Aradius Valerius Pro-
culus colonos | col. Ael. Hadrianae Aug. Zamae Reg. ipsos li|beros
posterosq. eorum sibi liberis posteris|que suis in clientelam recepit. Ege-
runt | C. Mucius B[r]utianus Faustinus Antonianus v. e., flam. Aug. p. p.,
aug., cur. r. p. (*sequuntur alia nomina*).

*Romae rep. ibi ubi N. 1240—1242 (VI 4687. 4685. 4688. 4686 vidit Mommsen
Neapoli, cf. Huebner ex. scr. epigr. n. 882. 884. 885, praeter tertiam). Una repertae
sunt similes tabulae VI 4684. 4689. — 1) Signum Valerii Proculi, cf. ad N. 1240.
1242. — 2) A. 521. — 3) Thaenae in ora Africa, cf. C. I. L. VIII p. 10. — 3^a) Scr.
praeside. — 4) Requiritur fecerunt et sic deinceps. — 5) Structura perturbata. —
6) Civitas praeterea ignota. — 7) Bonis bene (cf. N. 4475 not. 2). — 8) A. 522. —
9) De Zama cf. supra ad N. 4454 not. 2.*

6112 Fl. Feliciano¹ et Fabio Titiano cons.² | pridiae (*sic*) kal. Ma-
ias | An[t]on[itu]s Re . . . o¹ et Oppius Silbester Iviri | coloniae Paestano-
rum cum in curia Caesarea | frequentes decuriones adfuissent, herba |
fecerunt: Iandudum (*sic*) per decretum nostrum | patronatus ho[n]orem³
Aurelio Gentiano⁴ v. p.⁵ | optulimus tabulamque aeream subsecutu|ram
polliciti sumus. Itaq. optimum est, | sanctissimi condecuriones, ut spon-
sioni | nostrae pareamus. Quapropter offeren|da est tabula patronatus
eidem Aurelio | Gentiano v. p., quam cum suscipere fuerit | dignatus,
speramus forte⁶, quod et nos et | patriam nostram in omnibus fobeat. |
Ab ordine dictum est: placet; placet com|pleri sponsionem nostram, ut
tabula | patronatus aere inciso Aurelio Genti|ano v. p. offeramus, quam
credimus | eum et libenter suscipere et in om|nibus nos patriamque
nostram | fobere.

*Paesti rep., tabula aenea, est Neapoli (X 476 vidit Mommsen; cf. Huebner
ex. scr. epigr. 885). — 1) Cf. not. 4. — 2) A. 537. — 3) haorem incisum est. —*